



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 1. Henrico Luxemburgio imperatoria corona imponitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER XCII.

~~~~~  
CLEMENS V, DEIN JOANNES XXII  
SUMMI PONTIFICES.

HENRICUS VII, TUM LUDOVICUS BA-  
VARUS OCCID. ANDRONICUS II  
ORIENTIS IMPP.

§. I.

*Henrico Luxemburgio imperatoria  
corona imponitur.*

**H**enricus Luxemburgius Romanorum Sæcul. XIV.  
Rex Genuæ transacta hyeme mari A.C. 1312.  
Pifas, deinde Romam dominica an-  
te Ascensum Domini nempe ultima Apri-

mensis

D 3

lis

**Sæcul. XIV.** **A.C. 1312.** **Baluz. vit.** **P. Aven. to. 1** **p. 46. 47. Esc.** **p. 612. to. 2.** **p. 1193.** **Idem Misc.** **to. 1. p. 128.** **J. Villani** **l. 9. c. 39. 42.** **Hocsen. c. 32.** **Baluz. to. 2.** **1200. 1203.** **Sup. Lib. 91.** **§. 46.**

lis anno 1312 delatus imperatoria redimiri corona in S. Petri Basilica volebat per Cardinales secum adductos, quibus hanc functionem Papa delegaverat. Sed obsistebat Joannes Achajæ Princeps Roberti Regis Neapolitani frater Romæ præsens cum copiis, & fultus factione Ursinorum. Ingressus tamen urbem Columnarum opera Henricus Lateranense palatium occupabat. Sed ad templum S. Petri viam sibi aperire cupiens cum milite Neapolitano manus conferere ipsa in urbe cogeatur 26 Maji. Multum sanguinis fusum, Teutones victi, complures Viri Principes cæsi sunt, inter alios Episcopus Leodiensis Theobaldus Barrius; qui transfosso corpore captus tri-duo post ex vulneribus decessit.

Henricus in S. Petri coronari se haud posse videns in Lateranensi S. Joannis templo id fieri cupiebat. At repugnabant Cardinales adstringentes se mori & mandati verbis ædem S. Petri experimentibus. Cum sententiæ hac de re variarent, ac bellum Romam destrueret, Cardinalibus, ut hanc miserarentur, supplicabat populus: quin etiam ad feditionem progressus Regem Henricum oppugnabat in ædibus, ubi Cardinales cum eo habitabant. Hi metu furentis populi, etsi non accepto Papæ responso, ad quem Legatus celerem miserat

miserat nuncium, Henrico gratificari sta- *Sæcul. XIV.*  
 tuerunt. Ex quinque Cardinalibus hoc *A.C. 1312.*  
 ad officium a Papa nominatis obierant *Rayn. 1312.*  
 duo, Leonardus Episcopus Albanensis *n. 37.*  
 & Franciscus Ursinus: tres reliqui erant  
 Arnaldus Sabinensis Episcopus, Lega- *Goldast.*  
 tus, Nicolaus Episcopus Ostiensis, & Lu- *constit. p. 94.*  
 cas Fiescus Nuncii. Igitur isti tres co- *n. 40.*  
 ronarunt Imperatorem Henricum VII *Sup. lib. 90.*  
 die Jovis 29 Junii D. Petro sacra anno *§. 49.*  
 1312: & curarunt renovari ab illo con-  
 firmarique juramentum, quod Lausanæ  
 11 Octobris anno 1310 dixerat, antequam  
 intraret Italiam.

Postea Cardinales receperunt Papæ  
 litteras: quibus eos jubebat pacem con-  
 ciliare inter Imperatorem ac Regem Ro-  
 bertum; vel saltem inducias eis præscri-  
 bere; dicebatque inter alia, hos duos *Clem. un. de*  
 Principes per juratam fidem Ecclesiæ *jurejur.*  
 deditos debere præ reliquis paratos esse  
 ad tuendam eam, seque posse illis  
 præcipere inducias. Imperator Ro-  
 mæ viros juris peritissimos hac de re  
 consuluit; qui reponebant: Nec canoni- *Bal. 2. §. 1206*  
 co, nec civili in Jure invenimus Papam  
 posse statuere inducias inter Imperato-  
 rem, & clientem ipsius fiduciarium:  
 quia si Papa semel haberet hanc potesta-  
 tem, haberet eam semper, etiam tum,  
 cum cliens læsisset majestatem: sic Im-  
 perator nunquam posset in eum animad-

Sæcul. XIV.

A.C. 1312.

p. 1207.

vertere, quod esset contra jus naturæ ac divinum. Præterea Imperator ac Rex Robertus non sunt æqualiter subjecti Ecclesiæ secundum res profanas: Imperator solum defensor ejus est, nec ab ea quidquam habet: Rex ei subjectus, ac ejus cliens est, ab eaque regnum habet suum. Denique si Imperator se submitteret Papæ veluti clientem Ecclesiæ, violaret jusjurandum, quod dedit de conservandis Imperii juribus. Secundum hæc responsa recusatis induciis Imperator coram pluribus Notariis ob id solum accitis palam asseveravit se fidelitatis juramento nemini obstrictum esse, neque se aut antecessores suos simile edidisse unquam. Sed Papa hanc agendi rationem permolestè tulit.

## §. II.

*Alteræ Athanasii abdicatio.*

Athanasius Patriarcha Constantinopolitanus octavo post suum reditum anno nempe 1310 dignitatem suam iterum missam fecit: quod ita contigit. Quidam eorum, qui acerbum animi sensum & inimicitiam adversus illum retinebant, eundem præesse tamdiu ægre videntes ablato scabello de patriarchali ejus folio, ibi pinxere imaginem Christi & ad latera Imperatorem Andronicum injecto

*Nic. Greg.**l. 7. c. 9.**Sup. lib. 90.**§. 26.*